Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35120
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



conuersatus est Baruth 3° Et ipse
tamquam sponsus scilicet ecclesie procedens
de thalamo suo dicit glo. i. de
virginali utero dicit glo. or. Ecce
xpus humilis erat sed fortis ideo
subdit propheta Exultauit Obla
tus enim est quia ipse voluit ut gi
gas scilicet inuictus ad currendum vi
am suam dicit glo. non hindam quia
non stetit A summo celo i. a pa
tre egressio eius nec ideo summo
dicit quod pater excelsior sit filio
sed propter ordinem personarum et di
uersitatem et occursus eius i. filij
usque ad i. usque ad equalitatem
xpi patris Vel sic A summo quia
descendit de celis et incarnatus
est Quia per uiscera misericordie sue nos
visitauit oriens ex alto ut dicitur
luc. 1° Et occursus eius scilicet in sua
gloriosa et admirabili ascensione
Quia ascendit in celum et sedet
ad dexteram dei patris ut legitur
mr. vlt° Et ita a summo celo
egressio eius Et occursus ut iuxta
illud Joh. 16 Exiui a patre et
veni in mundum et iterum relinquo
mundum et vado ad patrem Nec
est qui se ut scilicet a calore caritatis
que se extendit ad omnes quantum
est de se iuxta illud luc. 12 Ig
nem veni mittere in terram et quid
volo nisi ut accendatur Lex
domini Consequenter describit euan
gelij promulgati conditionem
Cum dicit lex domini Quia inme
diate tradita est nobis a domino
iuxta illud mt. 4 Aperiens ihesus
os suum docebat eos dicens Be
ati pauperes spiritu ut lex at
mosaica licet sit a deo tamen pro
mulgata fuit non immediate

Caritas dei ex
tendit se ad omnes

a deo sed ab angelo ut patet Act.
7° ubi beatus stephanus dicit de moy
se hic est qui fuit in solitudine
cum angelo qui loquebatur ei in mon
te synai Et infra eodem capitulo
arguens Judeos dicit Qui acce
pistis legem in dispositione an
gelorum et non custodistis immacu
lata quia in ea nulla est macu
la falsitatis vel erroris Contentos
animas i. regulans motus interi
ores anime lex autem mosaica actus
exteriores regulabat de moti
bus autem interioribus parum se
intromisit dicit glo. phil. 3° lex
vetus prohibet manum non
animum mt. 5° dicitur Audistis quia dic
tum est antiquis Non occides
Ego autem dico vobis Quia omnis
qui irascitur fratri suo reus erit
iudicio Testimonium domini fidele
scilicet euangelium fidele quia adimplet
quod promittit scilicet Qui crediderit
et baptizatus fuerit saluus
erit mr. vlt. Et sic ad perfectum
perducit quod non faciebat lex vetus
ut testatur apostolus heb. 7 lex ne
minem ad perfectum perducit sapi
entiam Non superbis et sapien
tibus huius mundi non humana
sapientia nec prudentibus prudentia
carnis sed paruulis humilibus
iuxta illud mt. 11 Confitebor ti
bi domine pater celi et terre quia abscon
disti hec a sapientibus et reue
lasti ea paruulis Justicie domini rec
te i. consilia euangelica quem
iustitia excedunt secundum quod infra
dicitur Justicia tua sicut montes dei
letificans corda scilicet ex consola
tione diuina et spe premij pre
ceptum scilicet euangelium sine federe

37v